

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 16. Rothomagensis Senatus edictum adversus Henricum IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

**Sæcul. XVI.** obsequium respiciunt. Demum Pontifex cumcta Legati sui prudentiae committens, haec monita sat efficacia censebat, adeo, ut tunc, si ea accurate exequeretur, sperandum foret, quod totum negotium non sine Religionis Regnique emolumento perfici posset.

### §. XV.

*Legatus ab Hispanis præoccupatus.*

**Davila l. 13.** Pontifex bona de suo Legato opinione nimium præventus erat; cum tamen hic ab Hispanorum nutu pendens quondam horum opera ad summum Pontificatum se promotum iri speraret, hinc haec Papæ monita flocci habebat, atque pia Clementis VIII. consilia adeo non prompta secundabat executione, ut potius omnem in eo sollicitudinem impenderet, quatenus Hispanorum consiliis optatus adspiraret successus: unde ob illius agendi rationem dissensiones, ac tumultus augebantur, nilque minus, quam tranquillitas, paxque eidem adeo sincere commendata procurabatur.

### §. XVI.

*Rothomagensis Senatus edictum aduersus Henricum IV.*

**Thu. l. 102.** Hoc item anno die vigesima Januarii  
**Mem. p. 67.** Normanæ Senatus severum editum

etum contra Henricum IV. promulga- Sæcul. XVI.  
A.C. 1592.  
bat, in quo præter alia referebatur,  
quod Curia prohibuerit, atque etiam-  
num omnibus, cuiuscunque status, di-  
gnitatis, & conditionis hominibus, ne  
ullo pacto Henrici Borbonii partibus  
faveant, specialiter inhibeat, simul-  
que etiam præceperit, & præcipiat, ut  
indictio laquei suppicio ab eo deficiant.  
Eodem quoque Senatus consulto man-  
dabatur, ut Procurator Generalis data  
ei ad hoc facultate in præfati Henrici  
fautores inquirat, atque in publicis  
compitis, præcipuisque Urbis foris pa-  
tibula erigantur, in quibus illi omnes  
suspendantur, quæ infausto fato adver-  
sus patriam suam quicquam moliri at-  
tentaverint: his vero, qui ejusmodi  
proditores detexerint, Curia, et si com-  
plices fuerint, delicti veniam conce-  
dere, ac præterea illis duo aureorum  
millia ex Urbis Prætorii redditibus sol-  
vere parata erat: denique decretum, ut  
unionis Sacramentum die duodecimo  
Januarii anno Christi millesimo quin-  
gentesimo octogesimo nono præscri-  
ptum, pluribusque aliis edictis confir-  
matum singulos in menses innovaretur  
in generali Ordinum conventu, qui  
hanc in rem in Abbatia sancti Ovani  
celebraretur: præterea civibus injun-  
ctum, ut constituta mortis poena, om-

**Sæcul. XVI.** nique veniæ spe præcisa, hoc jusju-  
 A C. 1592. randum integra fide servent, atque in  
 omnibus, quæ Villarius supremus Pro-  
 vinciae Vicarius circa status conserva-  
 tionem injunxerit, pariter indicta mor-  
 tis poena pareant. Promulgabatur hoc  
 edictum requirente eodem Villario  
 Brancesio, in Provincia ex Oisiorum  
 familia orto, qui Guisio Duci addic-  
 simus Rothomagum pro summo impe-  
 rio regere ambiebat.

Interea Rex hanc urbem obsidere  
 pergebat, quamvis non sine ingenti  
 clade sæpius repelleretur, atque in quo-  
 dam certamine Albamarlæ inito vulne-  
 raretur, quo circa Rex ob invictam pro-  
 pugnantium fortitudinem demum obsi-  
 dionem solvere, atque ad pontem Ar-  
 cuensem sese recipere cogebatur: pau-  
 lo post recuperabat Calidobecum, quod  
 oppidum antea hostes occupaverant:  
 inde vero Rex in Picardiam movens,  
 ac postea in Campaniam Epernacum  
 antea foederatis traditum obsedit, ce-  
 pitque.

### §. XVII.

*Libellus a Sexdecimviris Maduano  
 Duci porrectus.*

*Daniel hist.  
 de France  
 t. 7. p. 155.*

Eo tempore, quo Rex hisce victoriis  
 inclarescebat, Sexdecimviri die pri-  
 ma Decembbris Maduano Duci libellum  
 porri-